obtenebrauit luciferum: que nō ſoluʒ an
gelum ſed angelorum primuʒ in diabolū
cōmutauit. Certi eſtote eum qui ſuperbis
nō pepercit angelis: nec hominibꝰ parci-
turū. ¶ Undecima ratio: ſupbia eſt odi-
bilis hominibus. eccleſiaſtici. x. Odibilis
coram hominibus ſupbia. Augu. aſſignās
rationem dicit. xix. de ciuitate dei. Super
bia odit pacem cum alijs ⁊ vult impone-
re dominationem. Et innocentius. Sup
bia inquit cunctis importabilis omnibꝰ
odioſa: tu es ſemper prima: tu es ſemper
vltima: Nam oē peccatum te accedēte ac
cedit: ⁊ te rēcedente recedit. Bernardꝰ
in quibuſdam ſententijs Solos ſeſe pu-
tant eſſe ſuperbi: ſolos appetunt reputari
Litteratus eſt odit ſocium: aſtutus in ne-
gocijs ſecularibus neminem vellet ſimi-
lē inueniri. ¶ Duodecima ratio ſupbia
multiplici pena punitur. Punitur enī ſu
perbꝰ pena multiplici. ¶ Prima eſt igno
minioſa confuſio. Job. xl. Diſperge ſup
bos in furore tuo Sequitur Reſpice cun
ctos ſuperbos ⁊ cōfunde eos. ¶ Secun-
da eſt illorum deiectio et depreſſio ab ho
nore. eccleſiaſtici. x. Sedes ducum ſuper
borum deſtruxit dn̄s. Et infra Radices
gentiū ſuperbarum areſecit dn̄s ⁊ pdidit
memoriaʒ ſuperborum. Lu. primo De-
poſuit potentes de ſede ⁊ exaltauit humi
les. Innocentius li. de miſeria conditio
nis humane. Superbia turrim euertit. li
guas confudit. Goliam proſtrauit Amā
ſuſpendit: interfecit nicanorem: peremit
antiochū: pharaoneʒ ſubmerſit: ⁊ ſena-
cherip interemit. ¶ Tertia ē eterna dā
natio. yſa. ij. Dies dn̄i ſup omnē ſupbuʒ
yſaie. xviij. Ue corone ſuperbie. Quare
beatus. io. criſo. ſup ioannē ait: Suppri-
mamus hanc inflationem ſi volumus eē
puri: et ab eo quod diabolo adiacet erui
ſupplitio: quoniam hómineʒ elatū eadē
cū illo: ſcʒ diabolo pati neceſſe eſt. ¶ Cir
ca ſecundū notandum q̄ aduerſus ſuper
bie morbum plurima dantur a ſanctis re
media. ¶ Primū eſt ꝯſideratio humāe
vtilitatis taʒ in ortu q̄ʒ in progreſſu ⁊ q̄ʒ
in finali receſſu. eccleſiaſtici. x. Quid ſup
bis terra ⁊ cinis? Bernardus Uide vn-
de veneris ⁊ erubeſce: vbi es ⁊ igemiſce:
quo vadis ⁊ contremiſce. Item bernar-
dus in ſermone quodam: Quid tu ſuper
bis terra ⁊ cinis? ſuperbientibus angelis
deus non pepercit q̄ʒto magis tibi putre
do ⁊ vermis. ¶ Secundū eſt conſidera-
tio propriorum defectuuʒ quibus ſubia-
cet. Gregorius in omelia: Sancti viri vt
humilitatis in ſe virtutem cuſtodiant cū
quedam mirabiliter ſciunt: ante mentis
oculos ſtudent reuocare quod neſciunt:
vt dum ex parte infirmitatem ſuam conſi
derant: ⁊ ex ea parte qua perfectus eſt eo
rum animus: ſe nō extollant. Unde in vi
tis patrum dicit quidam ſenex. Quando
cogitatio elationis interuenerit ſcrutare
conſcientiam tuam: ſi domini mandata
cuſtodiuiſti: ſi iīmicos diligis: ſi gaudes
in aduerſarij glorificatione: ſi cōtriſtaris
in minoratione eius: ſi cognoſcis te ſeruū
inutilem: ſi recognoſcis te plus omnibus
peccatorem. Sic faciebat abbas moyſes
qui in ſeculo fuit magnus peccator: ⁊ po
ſtea magne penitentie. Cum enim tēta-
batur d̄ elatiōe recurrebat ad peccata ſua
cogitanda: vnde facta eſt ad eum vox de-
monum dicētiū Uiciſti nos q: dū te exal
tamꝰ tu te humilitas: ⁊ ideo dī eccleſiaſti
ci. xj. In die bonoꝝ ne īmemor ſis maloꝝ
¶ Tertiū eſt conſideratio melioruʒ. Nul
la enim reſtat ſuperbiendi occaſio ſi conſi
deramus q̄ʒ parua ſunt bona noſtra in cō
paratione ad illa que alij innumerabiles
fecerunt. Gregorius: Non quibus iaʒ ſu
periores ſed quibꝰ adhuc inferiores eſtis
aſpicite. Sicut incentiuum ſuperbie ē re-
ſpectus deterioruʒ: ita cautela humilita-
tis eſt conſideratio meliorum. Augꝰ ad
domandam ſuperbiā. Cogitare debemꝰ
nullum eſſe hominē qui non poſſet habe
re aliquod bonum qđ tu nondum habes
⁊ ſi lateat ī quo ſine dubio poſſit te eſſe ſu
perior. ¶ Quartū eſt conſideratio incer
titudinis valoris operum noſtrorum: ⁊ q̄
q̄nq̄ʒ quod reputamus magnum nihil eſt
in oculis dei. Gregorius. Sordet interdū
in oculis iudicis qđ fulget in oculis acto
ris. Quis ergo audet ſuperbire de aliq-
bus bonis operibus: cum non ſecunduʒ
ſuum iudicium: ſed ſecūdū dei iudiciuʒ
veniant ponderanda. Preterea neſcit ho
mo an odio an amore dignus ſit. eccleſia-
ſtes. ix. ſed oīa in futurum reſeruantur in

Quare ſuperbia odibilis ſit hoībus.

Multiplex ſuperborum pena.

Diuerſa exēpla d̄ ſupborum deiectione.

Remedia cōtra ſuperbiā.

Doctrina optima cuiuſdam ſenis.

Exēplum.